

Non alienum visum est hoc loco carmen apponere nuper ipsius gymnasii causa scriptum ad virum venerabilem, cujus per magnam partem hujus saeculi insignis cura fuit cum in aliis civitatis Torgovanae muneribus sapienter administrandis, tum in tuenda atque amplificanda re scholastica. Qua de re quum infra scriptum sit, praeterea quae iis, qui lecturi essent carmen, obscura videri possent, paucis hoc loco illustranda duximus. — Primum ad stroph. V. et VI. meminisse volumus, saeculo XVI. quum primum ecclesia evangelica conderetur, gravissimas in maximis rebus partes fuisse urbis et civitatis Torgovanae. In hac urbe tum sedem plerumque habebant illustres illi Saxonum principes, qui principio divinam Lutheri causam fortiter tuiti sunt, stantque adhuc regales illae arces prope Albim flumen in saxo vivo extractae, unde nomen inditum *Schloss Hartenfels*, in quibus tum res actae sunt gravissimae. Tum omnis civitas Torgovanorum novam doctrinam, veteris illam veritatis vindicem, incredibili studio amplexa est: fueruntque adeo Torgovani adolescentes, quorum fortitudine Catharina de Bora cum aliis octo virginibus sanctissimis e claustris liberata est. Denique ipsa Catharina post obitum Lutheri Torgovae extremam aetatem egit, habetque haec urbs ejus ossa condita in aede Mariae matri sacra. — Deinde quae de vita et meritis consulis nostri laudatissimi attigimus, qui res non norint, paucis sic explicata habebunt. Stroph. XV. et XVI. Puer ille Lipsiae educatus est, disciplina usus scholae Thomanae, studiorum rectore doctissimo Fischero, musicae magistris clarissimis Hillero et Muellero: cujus temporis dici non potest quanta adhuc ille laetitia meminerit; qui quidem, quem mature imbibit optimarum literarum musicaeque artis amorem, integrum servavit vere viridis senex. — Stroph. VIII. Antequam consulatum iniit, iudicis regii munere functus est. Egenorum autem rebus omni tempore et publice et privatim prospexit pari diligentia atque humanitate. — Stroph. X. sqq. In aerario administrando singulari usus est parsimonia, idque quamvis iniquis temporibus adeo magnopere auxit: quae res quum ei apud multos invidiae esset, prospiciendum vir prudentissimus putavit incertis rebus futuris. Praeterea autem, quum de suo, ubicunque honestas aut humanitas posceret, liberaliter largiretur, si quae magna essent instituenda, quae perpetuam essent civitati utilitatem allatura, publicis opibus non pepercit. Quo de genere nihil magis nostra commemorare intererat, quam quae illius viri auctoritate instituta sunt ad amplificandam et ornandam juventutis disciplinam: de qua re infra dicetur. Sed quoniam haec vel maxime propria illius viri laus est, quod et alteri saeculo providendum putavit parsimonia, et splendidissimum nominis sui monumentum reliquit hanc magnificam aedem, cujus variis in partibus jam quatuor genera discipulorum discipularumque instituuntur, propterea statim in limine carminis str. I. providentia laudata est monumentorumque splendor. — Denique hoc loco error quidam noster corrigendus est. Neque enim, uti et in inscriptione et in carmine str. VII. positum est, L annos vir optimus muneribus functus est, sed XLVI: qua de re, quum carmen scribebamus, non recte edocti eramus. Sed quod stroph. XIV. quintum diximus emerentem lustrum claudere, in eo nolumus nos errasse videri. Voluerant enim cives vehementer consulem illum unum annum supra XXIV. praeesse civitati, neque id ipse abnuerat: sed impedita res est. Interest autem inter eum qui clausit, et eum qui meruerit claudere quintum lustrum civium iudicio: illud non cadebat in nostrum, hoc vero cadit.

Sed superest, ut duo alia vel excusemus vel commendare audeamus. Primum enim, quoniam omnino in hujusmodi libellis quaedam potissimum civibus cujusque urbis scribi solent, non alienum putavimus, quum optimorum civium nostrorum aegre quosdam tulisse accepissemus latine illud carmen scriptum esse, hoc loco idem nostram in linguam translatum subicere. Alterum ad homines doctos pertinet. Quorum haud paucis non ingratum fore arbitramur lepidum carmen nosse viri doctissimi atque in hoc genere principis, qui se Martinum Lutherum in proavis habere sigillo gentis suae testatur. Ad quem quum illud carmen nostrum Lipsiam misissemus, accepimus ab eo versus elegantissimos, quibus licentiam quandam notavit, qua in flectendis nominibus quibusdam usi essemus. Ergo ei nos simili fere versuum genere respondendum putavimus. Utrumque poema subjunximus; alterum, quo etiam aliorum, si qui similiter offensi essent, levitatis reprehensionem occurreremus.

FRIDERICO AUGUSTO BAERWINKEL

CONSULI TORGOVANO

EQUITI ORDINIS REGII AQUILA RUBRA INSIGNIS

POST VARIA IN CIVITATE TORGOVANA

PER L ANNOS MUNERA ADMINISTRATA

PRIDIE CAL. JAN. A. MDCCCLVII

CONSULATU XXIV ANNOS GESTO SE ABDICANTI

LONGUM AMPLISSIMORUM HONORUM CURSUM

CUM SUMMA ET UNIVERSÆ CIVITATIS ET GYMNASII UTILITATE

HONESTISSIME PRUDENTISSIME FORTISSIME

PERACTUM

PIE GRATULANTUR

MAGISTRI GYMNASII

INTERPRETE F. V. GRASER.

Providum saccli memores futuri
 Consulem dicent sine fraude fasti,
 Sero et ostendent monumenta gratae

Splendida proli.

Certa sed vivo pia turba testis
 Civium, virtutis honore functum
 Quum sua mercede rogant beatum

Reddere divos:

*Herrn Friedrich August Bärwinkel**Bürgermeister zu Torgau**Ritter des Rothen Adler-Ordens**bei seiner nach fünfzigjähriger Verwaltung**mannichfacher Aemter in der Stadt Torgau**am 31. December 1856 erfolgten Niederlegung**des durch 24 Jahre verwalteten**Bürgermeister-Amtes**weihen**zu der in Ehren Weisheit und Kraft**vollendeten langen Laufbahn**ihre frommen Glückwünsche**die Lehrer des Gymnasiums.*

Der bedacht zukünft'gem Jahrhundert lenkte
 Wohl die Stadt, ihn nennet dereinst der Chronik
 Wahrer Mund und kündet der späten Nachwelt
 Strahlendes Denkmal.

Aber treu im Leben noch zeugt der Bürger
 Schaar in Lieb' und Dank, wo am Ziel der Ehren
 Sie mit Götterlohn ihn zu segnen fleh'n zum
 Himmel der Gnaden:

Quem patrem cuncti celebrant ovantes,
 Jamque se orbatos fore patre lugent.
 Sic Tuas, Baerwinkle, referre certat

Torgova laudes

Hoc die festo, Tibi quem laborum
 Vult honestorum deus esse finem.

Inclytæ stantem citus urbis arcem

Dum lavet Albis,

Principum Wettina fides Lutherum

Qua cluet tutata caput salutis,

Et piæ Boræ cineres sacrasse

Aede Mariæ,

Plebis ingentique equitumque plausu, —

Fortium namque hæc peramans virorum

Urbs fuit semper, nec agent retrorsum

Tempora mores:

Usque Te claros memorabit inter

Consules fortem suboles bonumque.

Quinquies denos Tua nam per annos

Cognita cura,

*Den im Jubel Vater sie alle preisen,**Und des Vaters fürder verwaist nun trauern. —**Also Dein Verdienst, o Verehrter, eifert**Torgau zu rühmen**Heut' am Festestag, da der edlen Mähen**End' und Ruh' die Huld Dir des Herrn beschieden.**Weil der altgepriesenen Stadt die Burgen**Spület die Elbfluth,**Wo Wettiner-Fürsten dereinst in Treuen**Luther ruhmvoll schützten das Haupt des Heiles,**Und der frommen Bora Gebein im Tempel**Weiheten Maria's,**Dass das Herz frohlockte dem Volk, den Eddlen, —**Denn den Heldenmännern in Lieb' ergeben**Glühte stets die Stadt, und den Geist nie rückwärts**Treibe der Zeitstrom: —**Später Nachwuchs zählt in den wackren Meistern**Einst der Stadt Dich kräftigen Geist's und edel.**Denn in fünf Jahrzehnden sie sah erprobt Dein**Sorgliches Walten,*

Munerum et cursus gravium et laborum
Impigre haustorum, modo jus tueri
Pauperum aerumnasve levare posses.

Rector et urbis

Regia legum et potiore morum
Sanctitate audis tenuisse rectum
Ordinem, quamvis rueret tumultu

Patria saevo.

Copias idemque aluisse largus
Rite parcendo, meliorem in usum
Non pepercisti. Seges est perenni

Fruge redundans

Urbibus, gnavos pueros honestis
Artibus fingi, juvenumque sancti ut
Roborent cultus animos. Perennis

Hinc Tua laus est:

Ipsa qui doctrina sciens quid esset,
Latius fundi docili juvenatae
Limpidos fontes, pius atque tanto
Munere digna

*Und der Aemter Bahnen und schwerer Arbeit
Ohn' Verdruss durchrungen, wo Schutz dem Rechte
Oder Linderung rief in der Noth der Armen.*

Lenker der Stadt dann,

*Kündlich ist's, in Königs-Gesetz wie treu mit
Guten Geistes heiliger Macht Du aufrecht
Hieltst die Ordnung, wie auch im Vaterland rings*

Tobte der Aufruhr.

*Und der Güter Fülle zu nähren reich in
Weiser Sparsamkeit, zu des Heils Bedürfniss
Kargst Du nicht. Saat ewiger Früchte strömet*

Blühenden Städten,

*Wo in edlem Wissen der muthigen Knaben
Zucht gedeiht, und heiliger Bildung Weihe
Stählt des Jünglings Brust. Unverwelklich blühet*

Daher der Ruhm Dir,

*Der Du kundig selbst in der Lehre Würden
Weit're Bahn der lauterer Quellen gönntest
Der gelehr'ten Jugend, und liebevoll dem*

Amte des Segens

Templa curasti nova dedicari,
Hospiti miranda, nepotibusque
Traditura olim, quid avita posset
Te duce virtus.

Inde florentem capiti coronam
Dum ferunt cives, pia verba noster
Concinit quintum chorus emerenti

Claudere lustrum.

Sit Tibi, Baerwinkle, laboris acti
Dulcior fructus: viridemque blandis
Dum modis ornas fidium senectam,

Lipsia suavem

Hillari musam revocet, severi

Fischeri et curas puero salubres.

Unde quum vinum Tibi consulare

Conducet,

Si boni cursus memorem malarum

Artium fabricum pigeat, recenti

Poculo sumpto sapiens amara

Dilue risu.

*Wü'd'ge Tempel sorgtest und neu zu weihen,
Staunenvoll dem Fremdling, und späten Enkeln
Kund zu thun der Väter Verdienst, da Du einst
Meister der Stadt warst.*

*Also grünt der Kranz nun dem theuren Haupte,
Den die Bürger bringen, und frommes Lied stimmt
Unser Chor auch ein dem der Jubelfeier*

Würdigen Greise.

*Labe Dich, Verehrter, die süß're Frucht nun
Von der Arbeit That: und wenn sautenspieland
Jung Du schmückst das Alter in holden Weisen;*

Zaubre Dir Leipzig

*Hiller's Musenklänge zurück, und Fischer's
Des gestrengen Lehre dem Knaben heilsam.*

Führt von dort Dir aber der Consular-Wein

Wieder den Sinn her,

*Wenn des guten Laufes gedenk Verdruss dann
Auch Dir küm' um schlimme Gesell'n und Künste,
Frischen Trunk's dann spüle das Herbe fort im*

Lächeln des Weisen.

Sunt amicorum bene sentientum
 Atque erunt posthac validae cohortes:
 Sunt boni fratresque Tibi sororum et
 Laeta propago:

*Hold zur Seiten stehn Dir der wohlgesinnten
 Freund', und werden steh'n Dir, gewalt'ge Schauern;
 Hold die edlen Brüder, der Schwestern fröhlich
 Sprossende Saaten:*

Quoque nil majus, placide senectam
 Ultimam ut condas, comes est fidelis
 Conjugis sanctae pietas, ut olim
 Grata marito.

*Und — das grösste Gut, um die alten Tage
 Friedenvoll zu bergen — der treuen Gattin
 Heil'ges Band geleitet Dich, noch wie einstmals
 Hold dem Gemahle.*

Hic amor longam Tibi dum serenat
 Vesperam, sero requies suprema
 Avocet fessum, melioris orti
 Nuncia solis.

*Diese Lieb', o, leuchte dem langen Abend
 Fröhlich Dir, bis einstens den Müden ruft die
 Letzte Ruh', Verkünderin bessrer Sonn' in
 Seligem Aufgang. *)*

Grasero s. p. d. Pylades.

Dic mihi, Calliope, quo nomine nuncupem poëtam,
 Qui canit arte virum Torgensium in urbe consularem.
 Sic movet ille lyram, ut teneat modulans poema cunctos:
 Sed tamen ista nova mihi nomina vocatione
 Prisca duo celebrat popularibus usque noscitata,
 More suo proprioque modo recitata Lipsiensi.
 Lipsia Fischerum solita est moderamine gymnasi severo
 Dicere conspicuum, neque noverit urbs propinqua Plissae,

*) Die obige Uebersetzung ist nur für die des Lateinischen nicht kundigen meiner geehrten Mitbürger gegeben, um ihrer liebevollen Theilnahme zu genügen an dem Manne, dem es gilt. Das eigenthümliche Gepräge der Uebersetzung aus altrömischer Form konnte und sollte nicht verwischt sein. Wo aber Fügung und Zeitwerth der Wortsylben nicht genug der auch in unsern Gesangkreisen vielbekannten Melodie auf das Integer vitae entsprechend gefunden wird, bleibt zu beachten, dass jene Melodie selbst dem wahren Rhythmus der Sapphischen Strophe in der That nicht gehörig entspricht. Die Kundigen aber werden zugleich erkennen, dass der gewählte deutsche Bau der freieren Fügbarkeit des ursprünglichen griechischen Typus gefolgt ist. — Im Uebrigen ist auch in der Uebersetzung der sächliche Irrthum belassen, welcher dem Gefeierten 50jährige Amtswirksamkeit beilegt, während ihm, wie mir zu spät berichtet ward, nur 46jährige zukommt.

Quem sincera fides pietasque colit diu sonorum
 Hillerum, nisi vox repetat sonitum modumque verum.
 Non fugimus vafrum veterum ratione nec sonare
 Afrum, sed dubito versa vice nominare Grasrum;
 Quod titulis indeclinabile nomen ipse ponis,
 Quamquam non dubitas Baerwinkle vocare syncopando
 Et pugnans Tecum mox dicere plenius Lutherum.
 Corripuisse viri tanti piget aut levasse nomen;
 Gallorum levitas privat sua verba clausulae vi,
 Germanus gravitate sua bene singulos tuctur
 Nominis articulos, nec dicere syllabas recusat
 Aut breviare solet, quibus adjicit ultimas Latinas.
 Haec Tibi non nova sunt; sed mos novus elocutionis
 Aut tamen in nostris regionibus est inusitatus,
 Gallisque et Suevis posthac quoque vindicandus unis.
 Hinc et Thomanos liceat vocitare more prisco,
 Quos juvat in numero summoque loco referre semper.
 Nec Te sustineo, Clarissime, Graserum crepare
 Correptisque Tuum nomen grave syllabis levare.
 Malo Graserum Te dicere. — Sic vale faveque.

Lipsiae, d. XVII. m. Januarii MDCCCLVII.

Pyladi suo s. p. d. F. V. Graser.

Docto carmine cui notare versus
 Indoctos placuit mali poetae,
 Candide accipe quae lubet referre.
 Nempe ut vincula habet talitque vincla,
 Sic Baervincle feret latina lingua:
 Cui Grasrum simile esse nos negamus,
 Nec Hillrum mutilavimus, quid apte
 Elidi pateretur imperiti.
 Sed quod diximus Hillerum, videtur
 Sermonis patrii sonum id referre,
 Ore ut funditur acciditque ad aures:
 Qua non regula major est loquendi.

Nec sprevit Latium hoc genus cadentum
 Vocum, cui Craterumque, non Craterum,
 Usus dicere Liberumque patrem.
 Hinc producta quod edimus latine,
 Quae correpta dat usque lingua nostra,
 Consuetudo sefellit haud probanda:
 Ut stirpem Valeri Valeriam nunc
 Parum poenitet edere haud latine.
 Lucili liceat modo citare
 Testem Reisigium catum. Salutans
 Nam *Frau Doctorin* ille respuebat:
Frau Doctorin, uti *die Herrn Doctoren*,

Fabatur graviter jubente lege.
 At, at nos nihilo minus scelesti,
 Diverse generis paris Lutheri
 Ausi ponere nomen Hillerique.
 Non clementer et hoc, sed haud iniquo,
 Judex, jure velimus aestimari.
 Mittamus, grave nomen et vetustum
 Chlotari speciem tenere recte.
 Illud sed merito esse vindicandum
 Censemus Latio recentiori,
 Ut, utro libeat modo poetae,
 Istud ne vetitum sit applicare
 Versibus genus ambigentis usus.
 Dixerunt choreas boni choreas
 Vates, dupliciter deam et Dianam:

Quin Apulia et Appuli coibant,
 Musa si Venusina fallit Anglum.
 His nec dissimile est, quod arrogamus:
 Nec pervertere quidlibet licere
 Censemus. Veniam sed hic dat usus
 Ipse anceps, rationis an potestas
 Consuetudinis ut regat, sequatur.
 Haec, Nobbi, fidicen lyrae Latinae,
 Quo non doctior alter est in orbe,
 Sic nunc accipias, uti professus
 Es fidem Pyladis bonique et aequi.
 Lipsiaeque decus diu palaestram
 Florentem rege Nicolaitanam:
 Nostro et nomine sive Forbigerum,
 Seu Tu Forbigerum voles, saluta.

Königliches Staatsarchiv in den Kaiserlichen Gärten

	I	II	III	IV	V	VI	VII	VIII	IX	X	XI	XII
1	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2
2	10	10	10	10	10	10	10	10	10	10	10	10
3	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0
4	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2
5	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2
6	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2
7	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2
8	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2
9	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2
10	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2
11	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2
12	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2
13	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2
14	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2
15	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2
16	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2
17	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2
18	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2
19	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2
20	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2
21	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2
22	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2
23	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2
24	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2
25	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2
26	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2
27	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2
28	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2
29	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2
30	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2
31	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2
32	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2
33	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2
34	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2
35	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2
36	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2
37	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2
38	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2
39	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2
40	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2